

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema I.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

A.T.
poten-
ti nostri
er illum,
ni lisw
nannen-
608.

PROMPTVARI^I EXEQVIALIS

Pars altera;

ET CLASSIS DECIMA MANVALIS:

C O N T I N E N S P R O M I S C V I
generis varia Scripturæ dicta, De præparatione ad mortem, patientia, morbis, morte, sepultura, fine seculi, resurrectione, & vita æterna, & similia, quæ omnibus fūneribus accommodari possunt: iuxta seriem librorum Biblicorum posita.

E T P R I M O Q V I D E M L O C O P O-
nuntur Themata ex veteri Testamento.

T H E M A I.

Gen. 2.v.16.17.

Præcepitq; ei, dicens: Ex omni ligno Paradisi comedere De ligno autem Scientia boni & mali ne comedas. In quo cunq; enim die comederis ex eo, mortem morieris.

D I S P O S I T I O.

Gontinent hæc quæ audiuitis verbâ, non tantum primum Dei Creatoris (post conditum mundum) præceptum, datum Protoplæstis: sed & primam Concionem de morte: quæ tam, teste Sapientia cap. 1.v. 13. & 2. v. 24. à Deo nec creata, sed per Diaboli inuidiam inuecta est.

Ideoq; ut mortem præcauerent Protoplæsti, hæc Concio ad ipsos facta est. Quamuis autem paucula hæc sint

A verba,

C L A S S I S X.

2. verba, multum tamen habent in recessu. Erunt itaque
probe consideranda. Videamus autem, 1. Quale hoc
mandatum Domini.

2. Quæ huius causa.

3. Et quæ pena transgressoribus constituta.

I. Pars.

Protoplatis ad imaginem D E I Creatoris conditis,
subiecit benignissimus pater omnia, quæ creata erant, ex
vniuersis animalibus, sub celo, in mari & terra, Gen. I.
vers. 28. Sic etiam omnem herbam & vniuersa ligna. ibid.
vers. 29. Cumque illos in Paradisum voluptatis posuisse-
set, concessit hoc quoque ipsis, ut comedere possent, de
omni ligno Paradisi, quod suauus erat, Gen. 2, v. 9.

Iuxta tamen hoc mandavit severissime, ne comederet
de ligno scientia boni & mali. Illa arbor in medio Para-
disi sita erat, Gen. 3, v. 3.

Vocatur autem arbor scientia boni & mali, Augusti-
no teste, (cuius sententiam Lutherus cum aliis sequitur)
ab euentu. Quia si abstinuerit Adamus, fuisse ipsi arbor
scientia ad bonum tantum: quia vero non abstinuit, fa-
cta est ipsi arbor scientia mali. Postquam enim in ea pec-
cauit Adamus, non solum vidit & expertus est, quid boni
amiserit, sed etiam in quantam miseriam per inobedien-
tiam suam coniectus fit.

Neque enim per se mala fuit arbor, cum omnia creata
sint bona; sed eius exilla, per accidens, videlicet propter
inobedientiam, exitialis fuit.

Vno itaque verbo interdictum illis fuit esse arboris hu-
ius. De cæteris omnibus licebat illis vesci prohibitu.

L o c u s . Fuit hæc arbor in medio Paradisi collocata
(vt scire Lutherus scribit) Adamo quasi templum & alta-
re atq; suggestum, vt coleret Deum & gratias ageret pro
omnibus quæ ipsi tam clementer fuerat largitus. Hic
Deum Creatorem agnosceret, & laudare, atque inuoca-
re debebat & gratias agere. His enim summus est finis,

ad

THEMA I. VET. TEST.

3

ad quem Deus creauit hominem, ut agnoscat ipsius voluntatem ex precepto & mandato diuino, eumq; colat, inuocet, collaudet. Sic Religio & cultus sunt introducta, v: si discrimen inter homines & cetera animantia.

V s v s huius loci est, vt intelligamus, non post lapsum demum Religionem & cultum Dei esse introducta vt homines sic contineantur in officio, sed idem ab initio conditi hominis Dei fuisse propositum: & ad id creatos homines vt colant creatorem, &c.

I I. Pars.

Quando Magistratus leges & mandata proponit subditis, multi secum disputare solent, quæ istius mandatæ occasio & quæ causa. Et interdum Magistratus causam legis aperte ponit: interdum vero dissimulat. Itaque hic Creator dissimulat quidem causam huius præcepti: at quia animus humanus semper est curiosus, ratio nostra statim quærit, Quare Deus etsim huins arboris interdixit, cum ceteræ omnes fuerint ipsis traditæ, vt libere de his vescerentur?

Causa non est, quod arbor ista per se fuerit mala: nec quod Deus ipsis inuiderit pomum, aut quæsierit occasionem ipsos perdendi, &c. Absit vt hæc de Deo cogitemus.

Vna hæc est causa interdicti, quod Deus sic voluit probare & explodare Protoplastorum obedientiam. Quia enim immensa in illos contulit beneficia, potuit utique optimo iure ipsis præceptum hoc tradere, vt probaret ipsorum gratitudinem & obedientiam.

Non itaque debuerunt curiose inquirere quare Deus hoc prohibuerit, sed contenti esse mandato Dei: cuius causam ipse sibi reseruauit. Sic experti fuissent aliquando quam bonum Deo præstare obedientiam. Iam vero magno suo damno experti sunt quantum malum sit inobedientia.

Locvs. Videmus non propter etsim pomi Deum

A 2

sic

CLASSIS X.

4
sic iratum fuisse Protoplasis, / ut multi opinantur, di-
centes: Was kann vmb einen Apfель. Sol er darumb als-
so zürnen?) sed propter illam magnam inobedientiam
erga Deum benefactorem & Creatorem. Ideo Paulus
Rom. 5.v.19 non dicit, propter eum pomi verit pecca-
tum & mors, sed per inobedientiam vnius, per peccatum.
Vs vs huius loci erit, I. Ut compescamus rationem,
que circa hanc arborum multa desiderat.

I. Irafcitur enim Deo quod arborum istam condidit,
que occasio fuit peccati. At non cogitat, facile potuisse
hominem abstinere, cum liberum habuerit arbitrium: &
potuisse cæteris arboribus esse contentus.

2. Irafcitur Deo quod propere eum pomi sic offendit-
tur. At non cogitat, dentes non infixos pomo, sed Deo &
præcepto illius, &c. Idem de cæteris.

III. Deinde discamus ex hoc loco, quod strikè Deus
verbū suū voluerit obseruari, cum natura adhuc es-
ser integra. Quanto magis iam id faciendum: In illo nu-
de & simpliciter acquiescendum, nec curiosè aut scrupu-
losè in id inquirendum. Hoc enim non nisi hæc res patit.

III. Pars.

Vidimus præceptum & caulam illius. Videamus etiam
penam transgressionis. Paucis multa dicuntur: Morte
morieris. Non corporalem tantum, sed etiam secundam
mortem Apoc. 21.v.8. hoc est æternam, inteligit. Ne ita-
que sibi tantum accerseret malum Adamus, præmonuit
creator optimus.

Locvs. Non opus est curiosius inquirere, cur hic
vel ille sit mortuus: quod plerumque faciunt superstites.
Caula & stipendum mortis peccatum. Rom. 6. vers. 23. I-
ta enim inter Deum & Adamum hic conuenit. Et per vnu
hominem peccatum, & per peccatum mors intravit Rom.
5.v.12.

Si itaque horremus mortem, horreamus peccatum:
Illud detestemur, fugiamus.

Neque

THEMA II. VET. TEST.

Neque vero hic accusandus Deus, quia iuste punit transgressorum.

Nec iniquus Deus, quod posteros Adami subiicit morti; quia eiusdem ingenii cum ipso sunt omnes homines.

Neque maledicendum Adamo, sed benedicendum Christo, qui restituit vitam, &c.

F I N I S.

THEMA II.

Gen. 3. v. 19.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumitus es: quia puluis es, & in puluerem reuerte. is.

DISPOSITIO.

Cum Adamus, ex limo terrae formatus, & in animam viventem factus omni felicitate cumulatus, atque in Paradisum voluptatis colloca^rus esset, mandatum accepit a Domino ut abstinenter ab arbore scientia boni & mali. De ceteris voleatur libertime. Atque insuper cum adhuc in statu integratissimis & libertatis esset Adamus, sic inter Deum & ipsum conuenit, ut quacunque die comedetur de arbore vetita, morte moreretur. Sicut Gen. 2. v. 17. legitur.

Nec contradixit Adamus nec coactus quicquam fecit. Quia vero pactum illud violauit postea, his iam verbis denunciatur ipsi mors, vii inter ipsos conuenerat. Sunt enim haec verba praelecta, pars sententiae illius capitalis, post peccatum latre contra Adamum, in Paradiſo. Duo autem continentur in his verbis,

1. Pœna, qua puniendus Adamus in hac vita.

2. Pœna peccati post hanc vitam.

Videamus vero quae.

I. Pars.

Inter ceteras maledictiones quas Adamus sua inobedientia.